Tunc imperator valde iratus iussit dari dei marti-
ri columbam et gladium proiecit ante imperatorem
dicens. Multa confusione repletus es miser ob-
duratum est cor tuum et omnes admirationes tue ad
nichilum redacte sunt. minas tuas non pertimesco
insipientissime. Iratus autem commotus imperator hec
audiens: iussit eum appendi in eculeo expectante
omni multitudine cum illustribus civitatis et post hec
arenam preparari precepit et immitti sanctum dei marti-
rem. Ministris vero quod preceptum fuerat facere curantibus
iussit imperator simul dimitti ei leonem et leopar-
dum. Stimulantibus vero ministris leo rugiens de ca-
vea egredi nolebat. Cumque iam dimissus moleste-
retur egressus cum pardo cucurrit ad sanctum dei puerum
et complexans eius humeros constringebat eum. Par-
dus vero ad pedes eius se volutans non discede-
bat ab eo. Cumque hoc audisset imperator excla-
mavit dicens. Que est hec fantasia quam video.
Sanctus vero dei martir marinus expansis manibus
ad celum dominum suum deprecabatur non pertimescens in-
saniam tirannum. Cumque vidisset imperator bestias
amicari ille nullomodo discedebant sed ad pedes
sancti se volutabant. Cumque ministri multum essent mo-
lesti ut ... [illegible]
[illegible]
[illegible] abierunt ad loca sua. Iussit [illegible]
[illegible] dimitti ei leenam [illegible] ingentem
ursum. Exeuntes vero utraque de cave[illegible]
ad sanctum dei martirem et [illegible]
gebant ante pedes eius et statim mortua sunt simul.
Sanctus vero marinus elevans manus suas ad celum
invocato domino ait. Deus omnipotens pater domini mei ihesu
christi exaudi servum tuum marinum et eripe me de
laqueo diaboli. Marcianus imperator dixit: Per
deos omnes et per deam venerem et per solem: nisi immo-
laveris diis et confessus fueris martem deum esse non effu-
gies manus meas, sed pessime te disperdam. Sanctus
marinus respondit. Quid me minaris? Ego insaniam
tuam non pertimesco: quia deus meus dissolvet te et
dabit te in obprobrium sempiternum. Imperator vero
hec audiens iratus est adversus eum vehementer
et iussit ei dimitti pardum simul cum tigride. E-
gressa vero animalia de caveis accurrentes ascen-
derunt super collum beatissimi martiris et complexe

sunt eum et una ex eis deosculabatur os eius alia vero
[illegible] sudorem de facie eius extergebat. Mar-
cianus itaque obstupescens super mirabilibus que vide-
bat iussit taurum adduci et ligari sanctum marinum
ad cornua eius et tauri posteriora vel dorsa pre-
cepit cauteria imponi. Cumque ministri fecissent
sicut eis fuerat imperatum ardentes cornua tauri
nichil sentiebat taurus sed nec pertinebat ad eum
de ipsis cauteriis. sed lingua sua sanctum dei martirem
lingebat. Tunc marcianus precepit ministris ut sol-
verent sanctum dei martirem et in custodia eum mitterent.
Ipse vero excogitabat quomodo vita cum penis pri-
varet. Simplicius vero custos carceris dixit: Iu-
beat pietas tua post prandium arenam preparari.
et piram ingentem fieri et ignem succendi ut im-
positus super ignem desperaret. Si autem non fuerit con-
sumptus iube construi caminum in igne [illegible]
cendi [illegible] diebus et tota nocte [illegible]
sus in camino consistat [illegible]
tri vero [illegible] omni celeritate complentes imposuerunt
super piram ignis [illegible]
valde suavis et splendente super [illegible]
positum [illegible] introduxerunt [illegible]
Cumque [illegible]
[illegible] manus [illegible]
-ne deus creator celi et terre maris [illegible]
exaudi servum tuum marinum [illegible]
igne et a gladio maligni [illegible] diabolo qui
statuit in marcianum? Domine deus meus qui liberasti
tres pueros de camino ignis ardentis. Ana-
niam. azariam. misaelem qui liberasti dani-
elem de ore leonum et salvasti moysen de manu
pharaonis. qui teclam de igne et de bestiis liberas-
ti. qui ihesum dilectum tuum ad salvacionem animarum
nostrarum misisti. per quem nobis donasti omnem gracie
largitatem. per ipsum dominum nostrum ihesum christum qui in
utero virginis formatus corpus induit humanum.
per quod diabolum triumfavit ut vitam in se credenti-
bus donaret. qui lumen omni fecisti qui extendisti ce-
los sicut pellem qui numerasti stellas celi.
et arenam maris. qui virtute tua cuncta ornasti
exaudi servum tuum et solve aculeos diaboli
qui es donator omnis operis. Consummata autem hac oratio-
ne sanctus dei martir signum salutis in ante et retro

No 16
1605

s fauces ingressus ē in camini ignis: et ecce
duo angeli aduenientes tenuerunt unus dexte
ram et alius sinistram manū eius et descenderunt
cū eo in igne. et ecce thronus in medio camini
uo positus erat. Statim ut ingressus est sanctus di
uinitus marinus cū angelis dei mox extinctus
omnis calor ille et ardor camini extinctus: et erat
sanctus dei martir sedens in medio camino glorificans
dominum ihesum xpistum et dicens. Lauda anima mea dominum:
laudabo dominum in uita mea. Laudamus te. bn
dicimus te. gratias agimus tibi propter magnam gloriam
[illegible] magnitudine dei. Sequenti autem die iussit
[illegible] imperator aperire caminum ut uideret suam con
[illegible] ab igne ut pulueres qui ex eius cor
pore fuissent dispergeret in uento. dicens. ne quando hii
[illegible] xpistiani tollentes puluerem eius et in ue
[illegible] reddant: colentes [illegible]
[illegible] Cumque iussisset [illegible] ca
[illegible] omnis ignis [illegible] sustine
[illegible] calorem qui egrediebatur de [illegible]
[illegible] egredientes [illegible]
[illegible] camini [illegible] male [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] frigidus [illegible]
Sed diabolus [illegible] Deus deus insolubiter cogita
ciones et consilia tua. Hec autem audiens beatus marinus
a ministris diaboli: non est confusus. sed illuminabat a
dei gratia. Cum non perductus fuisset ad imperatorem:
ait marianus. Serve diaboli tibi addixisti in
Marinus respondit. O cor tenebrosum et ceca oculi mi
sit te deus in tenebras exteriores. ecce completa
sunt consilia tua maligna super me cecidisti de throno
no tuo. et ad nichilum redactus es. Ego sum ma
rinus qui tuis manibus male tractatus sum. non ag
noscis me insipientissime. quia marinus dicor. Si
quod uis facere in me facere: fac celerius. Marianus
dixit. Per deos omnes quia nisi te disperdidero non
quiescam. Sanctus marinus respondit. O debilis et
insipientissime dominum non permiserit minas tuas.
magis imple mensuram patris tui qui dicitur sacha
nas. Supplicia conminaciones. dixit imperatori.

Iube eum examinari: ut non ista loquatur. Sanctus
marinus hec audiens. simulans se acquiescere im
periali precepto. cecidit ad pedes imperatoris et
ait. Perterritus sum ualde super hiis comminationibus
etiam paratus sum sacrificare. Audiens hec
marianus imperator super modum letus effectus.
iussit tamen preparari ad eum secum omnes ciues ro
manos. sed et cantatores et choraules. et ludato
res. et alium: et uniuersa spectacula uariantes
agi per omnem ciuitatem in honore serapidis et
augusti supra pulcherimam consuetudinem omnis io
cunditatis preceperunt et cunctam leticiam exhibere erga
cultum deorum propter marinum qui se sacrificaturum
spopondit. Iussit etiam deos adorare et ymmo
lari serapidi et diane uel deorum in capitolio.
afferri etiam gladium et agnam albam ut ca
peret et ymmolaret diis. Sanctus marinus respiciens
ad imperatorem dixit. Si precepis me ymmolare: dic
quis sit primus deorum. Marianus dixit. Per
omnes deos maiores hodie qui capitolium.
Marinus dixit. Ignoras quis sit maior quam eum
debeam immolare. Tunc marianus imperator
ait. Si plenius a me requiris maiorem sera
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] flexis genibus adorauit: et dixit
Gratias tibi ago deus glorie qui fecisti celum et terram.
propter tuam bonam uoluntatem ostendens te bonum
artificem et misericordem et iustum et nunc exaudi ser
uum tuum deus et solue stimulos diaboli ut tua
gloria manifestetur in secula et edificet muros ie
rusalem. Consummata autem hac oratione. ita ait
Ruant isti omnes dii quos colit imperator dixi.
Cumque hec uerba complesset. statim ruerunt se
rapidis et thronices et omnes dii. et facti sunt ue
lud puluis. Videntes hec omnes populi ciuitatis
romane. exclamauerunt dicentes. Vere magnus
est deus xpistianorum. Sanctissimus autem marinus dixit
imperatori. Cui diis me iubes immolare.
Marianus imperator dixit. Ex nimio defectu
tuo ceciderunt sunt dii. et ruerunt: surge [illegible]